

Universitätsbibliothek Wuppertal

Auli Gellii Noctes Atticae

Gellius, Aulus

Lugd. Batavorum, MDCLXXXVIII

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1123](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1123)

A. G E L L I I

I N

NOCTES ATTICAS

P R A E F A T I O.

Lucundiora alia reperiri queunt. ipse autem ad hoc scripsi, ut liberis quoque meis paratae istiusmodi remissiones essent: quando animus eorum interstitutione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset. usi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerptando feceram. nam proinde ut librum quemque in manus ceperam seu Graecum seu Latinum, vel quid memoratu dignum audieram, ita, quae libitum erat, cujus generis cumque erant, indistincte atque promiscè annotabam: eaque mihi ad subsidium memoriae, quasi quoddam litterarum penus, recondebam; ut, quando usus venisset, aut rei aut verbi, cujus me forte repens oblivio tenuisset, & libri, ex quibus ea sumseram, non adessent; facile inde nobis inventu atque depromptu foret. facta igitur est in his quoque commentariis eadem rerum disparilitas, quae fuit in illis annotationibus pristinis: quas breviter & indigestè & inconditè eruditionibus, tractationibus, lectionibusque variis, feceram. Sed quoniam longinquis, per hiemem, noctibus, in agro, sicu-
* *
ti

ti dixi, terræ Atticæ commentationes hæc
 ludere ac facere exorſi ſumus; iccirco eas in-
 ſcripſimus, *Noctium Atticarum*, nihil imi-
 tati feſtivities inſcriptionum, quas plerique
 alii utriuſque linguæ ſcriptores in id genus li-
 bris fecerunt. nam quia variam & miſcellam
 & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſte-
 rant; eò titulos quoque ad eam ſententiam
 exquisitiſſimos indiderunt. namque alii *Mu-
 ſarum* inſcripſerunt; alii *Sitarum*; ille Πέ-
 πλον, hic Κέρας Ἀμαλθείας; alius κήρα, partim
 Λειμώνας, quidam *Lectionis ſuæ*; alius *Anti-
 quarum lectionum*; atque alius Ἀθηρῶν; & item
 alius *Ευρημάτων*. Sunt etiam, qui *Λύχνος* in-
 ſcripſerunt: ſunt item, qui *Σίρωμαίης*: ſunt
 adeò, qui *Παιδείας* & *Ελικῶνα* & *Προβλήματα*
 & *Εγχειρίδια* & *Παροξίφιδας*. Eſt qui *memo-
 riales* titulum fecerit. eſt qui *Προγυμνά* &
Πάρεργα & *Διδαſκαλικά*, eſt item qui *hæſtoria
 naturalis*. eſt qui *Παιδοπαίης ἰſορίας*. eſt præ-
 terea qui *Pratum*; eſt itidem qui *Πάγκραρον*;
 eſt qui *τόπων* ſcripſit: ſunt item multi qui *Con-
 jectanea*; neque item non ſunt, qui indices
 libris ſuis fecerunt aut *epiſtolarum moralium*
 aut *epiſtolicarum quæſtionum* aut *confuſarum*;
 & quædam alia inſcripta nimis lepida, mul-
 taſque prorfum concinnitates redolentia.
 Nos verò, ut captus noſter eſt, incurioſè &
 immediate ac propè etiam ſubrutiçè ex ipſo
 loco ac tempore hibernarum vigiliarum, *At-
 ticas*

titicas Noctes, inscripsimus; tanquam cæteris
 omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude
 cedentes, quantum cessimus in cura & ele-
 gantia scriptionis. Sed ne consilium quidem
 in excerptis notandisque rebus idem mihi,
 quod plerisque istis, fuit. namque illi omnes,
 & eorum maximè Græci, multa & varia lecti-
 tantes, in quas res cumque incidere alba, ut
 dicitur, linea sine cura discriminis, solam co-
 piam sectati converrebant: quibus in legendis
 antè animus senio aut tædio languebit; quam
 unum alterumve repèreris, quod sit aut volu-
 ptati legere, aut cultui legisse, aut usui memi-
 nisse. Ego verò, quum illud Heracliti Ephesii
 viri summè nobilis verbum cordi haberem,
 quod profectò ita est: πολυμαθῆν νόον ἐδιδάσκει.
 *** ipse quidem volvendis transeundisque
 multis admodum voluminibus, per omnia
 semper negotiorum intervalla, in quibus fura-
 ri otium potui, exercitus defessusque sum: sed
 modica ex iis, eaque sola accepi, quæ aut in-
 genia prompta expeditaque ad honestæ erudi-
 tionis cupidinem utiliumque artium contem-
 plationem celeri faciliq̃ue compendio duce-
 rent, aut homines aliis jam vitæ negotiis oc-
 cupatos à turpi certè agrestique rerum atque
 verborum imperitiâ vindicarent. Quæ erunt
 autem in his commentariis pauca quædam
 scrupulosa & anxia, vel ex grammatica, vel ex
 dialectica, vel etiam ex geometria, quæque
 erunt

erunt item paucula remotiora super augurio jure & pontificio; non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia. non enim fecimus altos nimis & obscuros in his rebus quæstionum sinus: sed primitias quasdam & quasi libamenta ingenuarum artium dedimus: quæ virum civiliter eruditum neque audisse umquam neque attigisse, si non inutile, at quidem certè indecorum est. ab his igitur, si cui fortè nonnumquam tempus voluptasque erit lucubratiunculas istas cognoscere, petitum impetratumque volumus; ut in legendo, quæ pridem scierint, non aspernentur quasi nota invulgataque. nam & quid tam remotum in litteris est, quin id tamen complusculi sciant? & satis hoc blandum est, non esse hæc neque in scholis decantata neque in commentariis protrita. quæ porro nova sibi ignotaque offēderint; æquum esse puto ut sine vano obtrectatu considerent, an minutæ istæ admonitiones paucillulæ nequaquam tamen sint vel ad alendum studium inhonestæ, vel ad oblectandum frigida fovendumque animum: sed ejus seminis generisque sint, ex quo facile adolescant aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio sollertior, aut sermo incorruptior, aut delectantior in otio, aut in ludo liberalior. quæ autem parum plana videbuntur, aut minus plena instructaque; petimus, inquam, ut ea
 non

P R A E F A T I O.

non docendi magis, quam admonendi gratia scripta existiment : & quasi demonstratione vestigiorum contenti persequantur ea post, si libebit, vel libris repertis vel magistris. quæ verò putaverint reprehendenda; his, si audebunt, succenseant, unde ea nos accepimus. sed enim, quæ aliter apud alium scripta legerit, ne jam statim temerè obstrepant : sed tractationes rerum & auctoritates hominum pensitent quos illi quosve nos sequuti sumus. Erit autem id longè optimum, ut, qui in lectitando, scribendo, commentando, numquam voluptates, numquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque ullis inter ejusdem Musæ æmulos certationibus disceptationibusque percunctando, scribendo, elimati sunt, sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt, abeant à Noctibus his procul, atque alia sibi oblectamenta quarant. vetus adagium est, Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui. Atque etiam, quò sit quorundam malè doctorum hominum scævitas & invidentia irritator, mutuabor ex Aristophanis choro anapæsta pauca; & quam ille, homo festivissimus, fabulæ suæ spectandæ legem dedit, eandem ego commentariis his legendis dabo; ut ea ne attingat néve adeat profestum & profanum vulgus, à ludo Musico diversum. Versus legis datæ hi sunt :

A. GELLII IN ATT. PRAEFATIO.

Εὐφρημῶν καὶ καίξιμασιν πῶς ἡμετέροις χοροῖ-
σιν,

Ὅτις ἀπειρῶ τῶνδε λόγων, ἢ γνώμη μὴ καθα-
ρῶσι

Ἡ γυνάϊων ὄργια μελῶν, μήτ' ἴδε πῶ, μήτ' ἐχό-
ρῶσε.

Volumina commentariorum ad hunc diem vi-
ginti jam facta sunt. quantum autem vitæ mi-
hi deinceps deum voluntate erit, quantum-
que à tuenda re familiari procurandoque cultu
liberorum meorum dabitur otium: ea omnia
subsiciva & subsecundaria tempora ad colli-
gendas hujuscemodi memoriarum discepta-
tiunculas conferam. Progredietur igitur nu-
merus librorum, diis bene juvantibus, cum
ipsius vitæ, quantuli quique fuerint, progres-
sibus, neque longiora mihi dari spatia vivendi
volo, quàm dum ero ad hanc quoque faculta-
tem scribendi commentandique idoneus. Ca-
pita rerum, quæ cuique commentario insunt,
exposuimus hîc universa: ut jam statim decla-
retur, quid quoque in libro quæri inveniri que
possit.

IN-